# The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

## Consilium a

### cum uariis

Aduertendum quod in acquirendis consiliis plurimum ualet uite probitas, uirtutum prerogatiua, beniuolencie usus, facilitatis gracia. Quis enim in ceno fontem requirat? Quis de turbida aqua potum petat? Itaque ubi luxuria est, ubi intemperancia, ubi uiciorum confusio, quis inde sibi aliquid hauriendum existimet? Quis utilem iudicet cause aliene quem uidet inutilem uite sue? Quomodo enim potero eum iudicare consilio superiorem quem uideo moribus inferiorem? Supra me debet esse cui me committere paro. An eum ydoneum putabo qui michi det consilium quod non dedit sibi, et michi eum uacare credam qui sibi non uacat cuius animum uoluptates occupant, libido deuincit, auaricia subiugat, cupiditas perturbat?

Ambrosius de officiis libro II.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

aduertendum] aduextendum P; intemperancia] est *add*. M; inde] enim B; cause aliene] aliene cause M; inutilem] iudicet aliene cause quem uidet inutilem *add*. (*del*. *intra*) M; eum] eam (*cor*. *intra*) C; officiis] officio M